

Illustrissimi Sobiesci, Palatini Russiae
 Oratio ad Nuncium Apostolicum nomine Regis
 ac Reipub: dicta in Comitibus Regni Generalibus
 Anno: MDCCLIII.

Asi minime dubitant Regni Poloniae ac Magni Ducatus
 Lithvaniae Amplissimi Ordines inchoata huius Rei publicae,
 Patriae nostrae charissimae, statum bene Illustr^{mae} ac Rever^{mae} Dominiⁿⁱ Praes
 esse perspectum, qui in aula serenissimi Regis nostri plusquam per sexennium
 Apostolici Nuntii munere fungitur: non absre tamen existimarunt, et nunc
 id Illustr^{mae} ac Rever^{mae} Dominiⁿⁱ Prae vinculare, quod iam pridem obbi terrar^{um}
 Universae etiam ad invidiam innotuit, maiores nempe nostros ita hanc Rem,
 publicam constituisse, ut in ea existant cives et legum libertatumq^{ue} vigilantiss^{imi}
 simi custodes, Regum suorum fidelissimi Subditi, optime huc in una sede mor^{antur}.
 Libertas nostra et Regum majestas. Exultat libertas, quod alibi op^{ressa},
 a Polonis foreatur & protegatur, Regibus, gloriosum sibi olucunt, Re^{ges}
 nostri sic liberis dominari possunt, ut non dominos sed potius Patres in suo
 Regimine representant. Perum enim vero, quod in corpore humano ca^p,
 praet cum membris, id in Republ: nostra, Rex est cum ordinibus; avulso capite
 fit ex corpore cadaver segregatum, (quod ne unquam eveniat, DEUM TER
 OPTIMUM MAXIMUM supplices veneramur) a Regno. Regia digni
 tate nihil indignius Poloniae esset. Sacrosantum hoc & indissolubile vincu
 lum, arctissimum hunc nexum reliquit nobis maior^{um} memoria, quem dividere
 nefas, separare Religio, dirumpere est praetulum. nec quisquam existimet,
 quamvis in eadem nostra cum Priscis Graecis, & recentioris seculi Vene
 torum libertate, aut cum olim Spartanorum Regibus, aut cum modernis
 Venetorum ducibus comparandos Reges nostros. Fateor quidem legibus civi
 cumscriptam, sed tamen supremam illorum esse potestatem. Eminent apud
 nos hic REGES primus inter reliquos status, sine cuius voluntate et consen
 su, nullae leges condi & recondi, nulla antiqua aut abrogari, nihil quicquam
 quod ad pacem et bellum pertinet, statui posse, Rei publicae nostra norma, longo
 usu firmata, et firmis legibus stabilita, luculentum praebet testimonium.

quod autem,